custodie combaxit. Eodem anno Januenses
in mari debellaverunt Pisanos in loco
dicto Melora ante portum Pisanum ubi
ceperunt prelatos tempore Federici. —

1502 D. Padue. / Odoardus rex Anglie venit in
Vasconiam pro liberando rege Karulo.
Nati enim erant ex duabus sororibus, et cum
rege Alphonso primogenito regis Petri de
concordia tractat et tandem ejus procuracione
scilicet 1289 de carcere liberatur, datis
tribus filiis obsidibus pro pacis observandis.

1151 B. ligam fecit. / Hoc anno orta fuit discor-
dia inter regem Francie et regem Anglie
que magna fuit et diu duravit. Et misi sunt
duo cardinales dominus Benedictus de Ga-
getanus (nz) et dominus Gerardus de Parma
qui nil facere potuerunt; concordaverunt
tamen regem cum clero. Rex Karolus de
carcere relaxatus fuit.

1155 B. (1303) quintate. / Et dominus Bonifacius
papa captus fuit per gentem domini Philippi
regis Francie in civitate Anagnie (nz) et
infra mensem obiit. Et hec fuit causa quia
fecit quoddam processum contra dictum
regem ad procuraciones et tractatum domini
Guilelmi de Volgareto militis et nunchii
dicti regis qui prodicionem tractavit cum
familiaribus dicti pontificis et proditorie
captus fuit. Et omni thesauro tam ecclesie
Rom.